TERENTIUS

Österreich (Wien), 1452

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1795
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner), Bibliothek

he

ibi noua cepi uti consuetudine experiundo ut essem, refero denuo [de nouo].
primo actu placeo cum interea rumor uenit datum iri gladiatores. populus conuolat, tumultuantur, clamant pugnant de loco. ego interea meum non potui tutari locum. Nunc turba nulla est, otium et silentium est, agendi mihi tempus datum est. Vobis datur potestas condecorandi ludos Scenicos. Nolite sinere per uos artem musicam recidere ad paucos. Facite ut uestra auctoritas mee auctoritati fautrix adiutrixque sit. Si numquam auare pretium statui arti mee. Sed eum esse questum in animum induxi maximum quam maxime seruire uestris commodis. Sinite impetrare me [per eo ... gentio qui commisit suum studium ...] qui in tutelam meam studium suum et se in uestram commissit fidem, ne eum circumuentum [deceptum] inique iniqui irrideant. Mea causa causam hanc accipite et date silentium ut libeat scribere aliis. mihique ut discere nouas expediat posthac pretio emptas meo.

captat beniuolentiam ab auditoribus
captat beniuolentiam a se.

captat beniuolentiam a persona aduersariorum.
captat beniuolentiam a re ipsa tali modo. nam si nostis me semper utilia et rectas bonasque fabulas recitasse debetis istam comediam honestam et utilem cum tanta credenti animo [illegible] istam meo precio.